

LETTRE XL.

ARTIS MEDICÆ VERO PRINCIPÍ,

DD. FRANCISCO DE SAUVAGES,

Amico antiquo et immutabili.

S. pl. D.

CAR. A LINNÉ.

Heri tuas, Vir illustris, accepi die 2 Aprilis
datas, nec gratiores à longo tempore vidi, nec
effari possum quanto cum oblectamento et animi
lætitia has perlegi; et ex iis vidi Amicum anti-
quum, sincerum et immutabilem; ad quas confes-
tum hisce respondeo.

Digitium non novi apud authores; vidi duos hoc
morbo affectos. Uxor pharmaceopæ Regis, Hol-
mensis, Ziervogel dicta, cuius frater erat Archia-
ter Regius, pater primarius Regis Chirurgus, et